

Viro

Plurimum-Reverendo, & Praclarissimo

DN: DAVIDI BOHEMO,

Ecclesiæ Bernstadiensis, tum Aulicæ, tum
Opidanæ, Pastori vigilantissimo, Illustris Consistorii Ol-
nensis Adfessori dignissimo, & Presbyterii in Ducatu Seni-
ori Meritissimo:

Filiam natu Majorem,

Præstantem ac primariam Virginem,

MARGARETHAM

Viro Reverendo, Clarissimo & Doctissimo,

Dn. M. SAMUELI ALBINO,

Pastori Solertissimo in *Hohkirch*!

ANNO 1651. d. 11. Julii.

Arctopoli

*Bono cum DEO feliciter
elocanti*

Fautorum, Amicorum,

& Clientum

Musæ

veniunt peramanter perq̄, officiosè congratulatum.

AD SPONSÆ DN: PARENTEM,

Amicum utroq; calculo Probatist.

Aristoteles in Libr. Rhetor.

ad Alex. c. 32.

*Eos Amicos comprobabimus, qui sint nobis moribus non
dissimiles, & quibus eadem, quæ etiam nobis, condu-
cant: & quibus magnis in rebus communis nobiscum
fortuna sit: TALIS ENIM AMICITIA PERDURAT
MAXIMÈ.*

Antiquæ fidei nostræ monumenta, BOHEME,
Vistula, Danubius, Rhenus, & Albis habent.
Per varios etenim casus, & compita rerum,
Nos alternatim fata citasse, patet.

Præteritas taceo, præsentis edo figuras,
Dispare quæ vultu corpora nostra novant.
Effera namq; mihi nuper non PARCA pepercit,
Recludit postes ac LIBITINA meos.

d. 16. DOROTHEA heu cecidit, mea Filia Prima, MARIA!

Junii. Hinc nimis è falsâ pectora bile tument.

d. 11. Sed tuâ successu patrio nunc tecta, BOHEME,

Julii. Occupat URANIE, festus & HYMEN adest.

1651. Nam tua Gnata Viro matura, & nubilis annis
MARGARIS, ALBINO Candida Sponsa datur.

Sic solet alternare vices mirabile Numen;

Sic gerit inversas ipse Cupido faces.

Omnia disponit divinâ sorte JEHOVA,
Quôq; jubente virent PIGNORA, quôq; cadunt.
Naniolis igitur cur mactò funera Gnata?
Vivit, non obiit, reddita Sponsa DEI.
Pro thalamo tumultum, pro tædis nacta Cupressum,
DOROTHEA adjungi vultq; MARIA polo.
O benè sit Cinere! Domini est laudanda voluntas,
Elugens, satis sic placuisse puto.
Sed TU dulce tuæ Gnata pangas Hymenæum
Carmen, quæ Sponso Sponsa liganda venit.
In thalamo, & tædas lucentes exerat, albos
MARGARIS ALBINO constituatq; dies.
O benè sit Nuptis! Domini est laudanda voluntas,
Applaudens, satis sic placuisse puta.

Lug. Merq;

Lub. Merq;

Planxit & Panxit

JOHANNES HUBRIGIUS
Illustris. Princ. Würtemberg. & Olsn.
Consiliar. & Cancellarius.

Ad

Plurimum Reverendum, Clarissimum, Doctissimumq;

Dn. DAVIDEM BOHEMUM, Ecclesiæ
Bernstadiensis & aulicæ & Opidanæ Pastorem, Consistorii
ducalis Adsesorem, & Presb. in Ducatu Olnensi Seniore
longè dignissimum
lectissimam Filiam MARGARETAM Virginem pudicis-
simam feliciter elocantem.

Si nunc nil nisi multa sesamiq;
Scitamenta loqui poëta possem,

A 2

Hæc

*Hac TEDIS, reverende Myſta, veſtra
Cuncta & ſingula MARGARIS dicarem;
Sed nec Mævius ad pœma doctum,
Nec ſum vel Bavii ſtrepentis umbra:
Et quamvis etiam vel hunc, vel illum
Æquarem; tamen occupationes
Tot me ſollicitant, ut inde ſchema
Mentiri nequeam boni pbaleuci.
Tantum fundo preces, DEUMq; mente
Devotâ veneror, BONI quod unquam
Sancto conjugio manu benignâ
Largitus fuit, HOC ut omne in UNUM
Conjungat, propriumq; habere donet.*

ita ὁλοκαρδίως precor

CHRISTOPHORUS FREITAGIUS
*illuſtris. Princip. Württemberg. à Concionibus
ſacris, Eccleſia Oſnſenſis Paſtor, Conſiſtorii Ad-
ſeſſor & Preſb. in Ducatu Senior primar.*

Viri coronam nominavit uxorem PROV. XII. 4.
*Sapientiâ, multoq; Rex potens aurô.
Gemmis nitet Libyſis corona Summatum,
Frugi Pyropis pulcrrioribus conjux
Virtutis, & caras magis tenet gemmas.
Timor Jehovæ filialis eſt prima,
Secunda caſtittatis aureum ſidus:
Mores probati, ſermo dulcior, cura
Domûs fidelis ſubſequentur, & plures,
Quas tempus & tacere me labor cogunt.*

Tibi Conditor jam porrigit manu clari
Talem BOHEMI, sponse, gaudium mente
Hinc concipis tota, Boniq, gratantur
Passim metris politioribus, versus
Quæ jungo claudos, vota non tamen varã.
Diespiter verus coronalã cingat
Tuum manente sinciput, sed & mensam
Ornet subinde gemmulis recens natis,
Tandemq, vita ferta donet æterne.

Sponse, nihil fingo, talis Tibi ducitur uxor,
Qualem non poterunt non bona multa sequi.

Eusebie clari Genitoris pulsat Olympum,

Ardua Maternum surgit ad astra decus.

Virginei jubar omne chori collustrat Amatam,

Ætherius jungit pectora vestra favor.

Quæ favit, foveat conjunctos Numinis aurã

Surgat ut ex casto plantula multa toro.

μεθυυσιας χαιρι

scrib.

MICHAEL KIRSTENIUS,
Smollensis Ecclesiæ minister.

Qvale Tibi nomen, SAMUEL ALBINE, tributum:
Talem dat costam Jovã rogatus iò.

Diceris à Jovã ecce petitus: diceris Albus.

Anne petita Tibi Margaris alba datur?

Margaris alba datur; donum virtutibus album:

Qvale datur nulli, sit nisi corde pius.

*Virgo datur celebris, pia, casta, venusta, Mariti
 Praeconi Verbi non nisi digna toro.
 Jungitur illa Tibi vinclis sociata sacratiss,
 Quae Sarani formâ, mente, fideq; refert;
 Theodosio fuerat qualis Termantia Patri:
 Talis erit conjunx MARGARIS ista Tibi.
 Hec anima pars fida Tuae sua munia semper
 perficiet, vivens obsequiosa Tibi.
 Hanc capias à Jovâ, Sponsè novelle, petitam,
 Margaridemq; datam corde, sinuq; fove,
 Divitiæ veniant partæ sudore parentum:
 Nobile sed donum fida marita DEI est.
 Majus eò donum, sator & dator illius est quò
 Altior ac major, Maximus Altithronus.
 Aserves hoc, ceu gemmam, prænobile Donum;
 MARGARIS hæc gemmis est pretiosa magis.
 Vive diu, sed Margaridi, concordia corda
 Neëtat, & adjungat prospera fata DEUS!*

Ita ex Candido Amicitia adfectu
 vovet

CHRISTOPHORUS BANNERUS,
 Archidiaconus Olsn.

Doctifonæ, fas est, faveant lingvisq; lyrisq;,
 Ac animent venâ nos meliore Deæ.
 Quippe venit tempus, venit en latabile tempus:
 Pompa sacrata venit: fax Hymenæa venit.
 Nunc Neonymphus adest, clarâ de stirpe Parentum
 Natus: qui Numen voce fideq; colit,

Quem

Quem decorat Virtus, nec non perdoctus Apollo:
Cui facie mixtim lactea forma rubet,
Nunc Neonympha venit: decorat quam gratia formæ,
Et clarum verâ cum pietate genus,
Optasti sociam virtutum laude virentem,
Sponsæ? torum certè sponsa petita subit.
Optasti fidei veræ, & pietatis alumnam?
Audacter dicas: Nupta pudica veni,
Optasti incoctum generoso pectus honesto?
Audacter clames: casta Virago veni.
Visq; Tui puro quæ flagret amore, fidelem?
Vis comem? dicas: fida columba veni.
Vis Dominam, domui quæ præsit, dulce levamen?
Curarum? dicas: mollis amica veni.
Vis cor Te recreans, capitis decus, auxiliumq;
Delicias? clames: Margaris alba veni,
Indis quæ pretio nullis æqvanda lapillis,
Margaris ecce Tibi nomine dicta venit.
Gemma velut virtute nitet: sic Margaris albet
Albis virtutum bella puella Bonis.
Gemma nitens hominum recreat præcordia: Sponse,
Margaris hæc reficit cor recreatq; tuum.
Gemma suos decorat: decorat sic Margaris illa
Sponse novelle, sinum, tecta, laresq; tuos.
Enitet in roseâ ceu candida gemma corollâ:
Sic tua, Sponse, domo Margaris alba nitet.
O Te felicem, cui Margaris ista reperta!
Næ Tibi contingit portio magna poli.
O felix pariter, talem quæ nacta Maritum es,
Qui pietate gravis, Theiologûmq; decus.
Næ duo Vos præstabile par, & amabile, quò non
par præstabilius, par nec amabilius!
Hinc meritò Musæ faveant lingvisq; lyrisq;
Ac animent vcnam. Jubila Musa canas:

Jubila Musa canas, caliq; foliq; faliq;
Rectori Laudes carmine solve piar.
Sed velut in Silvis cantum philomela remisit;
Sic mea & invitâ Pallade metra meant.
Attamen extorquent odam mihi gaudia Sponsum:
Hoc igitur saltem psalle Camœna melos.

Oda:

Sponse laus Phœbi, reverere Christum:

Sponsa cum Sponso reverere Christum.

Ferte vos Christum. Pia Musa psalle:

Christiferum Par.

Vos æque urens placidè sit unus,

Una mens Vobis, manus una, mensa

Una, cor unum. Pia Musa psalle:

Pacificum Par.

Mulciber, tabes, æque, atq; technæ,

Mœsta vos quævis fugiant: abundant

Gaudis tecta. pia Musa psalle:

Latificum Par.

Prosperis lectus scateat, salute

Floreat jugi, ac opibus coruscet,

Floreat plantis. pia Musa psalle:

Floriferum Par.

Sic torus vester vigeat perennè:

Nympha Te Nympha adglomera Suâvi:

Nympha fac Nympha. pia Musa psalle:

Plaudite Nymphi.

L. M. Q.
f.

GEORGIUS Krieschke Illust. Schol. Olsn. Rector.

Cui

Cui datur ex voto & fato bene nubere, felix;
 Illum quippe tori fors beat, hunc cruciat.
 Uti conjugio exoptato est gratia Jovæ,
 Hoc agitante, pari corcula amore calent.
 Sapeq; discordes animos fervens amor unit,
 Pacificante DEO, & recta monente Fide.
 Felix es, proba cui contingit cælestis uxor,
 Servatum Te vult scilicet ipsa Salus;
 Sponse Albine, Tibi virgo nunc ducitur alba;
 Sic candore pari cor utriusq; coit.
 Te, venerande Socer, quis quæso beator alter?
 Quem gener obsequio & maerat honore pie.
 O fortunatam, genitor quam vivus honeste
 Eloca ad placitum, sic moderante DEO!
 Dextrè succedunt contracta jugalia votis,
 Fauſtaq; quæ sunt auspice, pacta, DEO.

Samuel Albinus, per anagramma.

Salvabis Lumen.

Salvabis Lumen caeleste favore benigno.

In Te sperantium corda probata Fide.

Du wirst D' Himmels Liecht mit gnaden auf die schatten
 Und Sie beſeeligen / ſo gänglich dir vertrauen.

M, SAMUEL ALBINUS,

per anagr. duplex.

Ni sum bella Musa.

Lubens ama simul.

Sponsus de se-
 ipſo ad Sponſam. *Diſpeream, Ni sum bella & gratiſſima Muſa:
 Accine chara lubens turtur amaq; simul.*

Margarethe Behmin / per anagr.

Am arme begehrt Jhn.

Den Jhr. im Herzen liebe / am Arme Jhn begehret /
 So wird euch Ewer Will / und auch ſein Wuñſch geerbet.

David Bohemus, per anagram.

ADSUM, VIDEBO.

ADSUM spe plenus, quid velle DEI, eja, VIDEBO.
Candida corda trium tu modo Jova rego.

Sponsus ad
Dn. Socerum.

Congratulabundus applausit

festivitate Neonymphorum

CHRISTOPHORUS TITIUS

Pastor in Pascherwieg.

O in excelsis habitantis aures
Vota cunctorum repleant piorum,
Et ferant jam jam benedictionem
Caelitus omnem.

Stant enim praesto, thalamos inibunt
Qui pudicos, atq; precantur ambo,
Ut cadat foedus sociale fato
Prosperiore.

Gaudium magnum caperent parentes
Atq; cognati, pariter beata
Sic adangeretur & ora sanctis
Aetheris olim.

Quod novis nuptis faciet benigne
Conditore caeli, prece saepe vinci
Se sinens casta, quia conjugalis
Foederis author.

l. m. q; deproperab.

DAVID STRIGENERUS,
Pastor Eccl. Violguttensis Corst. &
Stronnensis.

MAGISTER SAMUEL ALBINUS.

MARGARETA BOHEMIA.

Anagramma.

OH! AMABIS ME LIBANUM MARITA,
RISU GRATA LEGES.

Nuper ut Hesperias Titan abiisset in undas,
Cingeret & geminos stella serena polos;
Cum condensatis recubarent corpora plumis,
Et placido somno membra sepulta forent:
Ecce novum Morpheus fingit mihi foedus amoris,
MARGARIS alba suum quod redamet LIBANUM.
Mirabar LIBANUM qui MARGARIS ista remotum
Depereat, cum non unio monsque pares,
Aspiciens LIBANI frondosa cacumina montis:
MARGARIDEM quoque, quod gemma marina fiet.
Hanc certe gemmam, cui parvula conchula mater,
Nescio qui mons is congrue amare queat.
Interea haec tacita mecum dum mente revolveo:
En LIBANUS resonans talia verba refert:
Ipse Palaestinae mons sum, viridisque corona:
Cur non ista mihi MARGARIS apta fiet?
Nam licet hinc longe spumantia littora distent,
Attamen illa procul nota repente placet.
Et quia providit Jovae Fatum Omnipotentis,
MARGARIS una mihi rite MARITA manet.
OH! si ME LIBANUM redAMABIS chara MARITA,
Hoc RISU faciens oscula GRATA LEGES.
Hoc facto, extemplo privantur lumina somno,
Et sol splendescens surgere membra jubet.
Somnia mox revocans jejunio pectore condo
Et trutinum quidnam haec jam sibi mira velint.
Res bene ficta patet, mutato nomine de te
Fabula narratur, Frater amande mihi,

Te, Neonymphæ, volo, LIBANUS tu dicere ipse, *Albinus.*
 Nominis hoc patrii littera versa notat,
Ipse DEI LIBANUS, Celsi ad fastigia Templi *Anagr.*
 Christicolam turbam Cedrea dicta doces, *Libanus*
Firmis atq; fidem fulcris fundare laboras,
 Commisso præbens pascua dia gregi.
MARGARIS apta venit tibi, Sponse novelle, MARITA,
 Altera pars animæ deliciosa tuæ,
MARGARIS hæc pretiosa tibi fert pectora casta;
 Ut Nomen, sic & MARGARIS omen habet,
Cum tua te LIBANUM redAMABIT bella MARITA,
 Num labiis RISU tu quoq; GRATA LEGES;
Sub LIBANI gratis assuetæ quiescere Ramis
 Multiplicem fructum MARGARIS illa feret,
Det, vos, alma Trias, tranquiLLam viveRE vitam,
 Arceat & vestro tadia cuncta toro.
Permultâ Numen faciat vos prole parentes,
 Et doceant cantus pignora chara novos,
Ut pia biga Patrum bellos de prole Nepotes,
 Cernat qui Matrum deliciaq; sient,
Destituant LIBANEAM nec vestigia stirpem,
 Donec ad extremum terra cuncta ruant,

gratulabundus

apposuit

AUGUSTINUS CRUSIUS

Diaconus Berolstadtensis.

Admodum Reverendo Clarissimoq;

Domino Davidi Bohemo,

SPONSÆ Parenti.

Vir multum Reverendo, Mystæ Christi,
dum Natam socias tuam Magistro

Doctri..

*Doctrinā nitidā Polito & Arte,
 vellem pangere Nuptiis novellis
 pro voto calido Melos suāve,
 Tuus sic meruit, Bobeme, Candor,
 & Sponsæ meruit pudor decorq̄,
 & Sponsi probitas idem merebat.
 Sed mentem faciunt remissiores,
 rem dicam, scholice occupationes.
 Votum, nil aliud, canit phalæncus.
 Potens illa benignitas Jehovæ
 dextro Numine protegat beatq̄
 Novum conjugium! Perennet ille
 Amor mutuus in toro novello
 bonis auspiciis, bonoq̄ fato
 ceptus! Sit bene Corculis venustis!
 Sit mens una, Fides, Salus & una
 Ambobus pariter novis Maritis!
 Præstet cella merum, culina victum,
 Fruges lætus ager, gregemq̄, saltus,
 nec non innumeram cabile prolem.
 Uno sed liceat mihi referre
 verbo pluria: Comprecor novello
 omnes conjugio beatitates!*

Pancratius Heinius

Scholæ Namsl. Rector.

Jam mihi si liceat votis ex omnibus unum
 Nancisci, in votum totus abire velim.

B 3

Sci'nta

Scin' tu, quare velim votum? Volo metra Tibulli:
Melpomeneve melos cælica Musa tuum.
Forſitan hæc poſſit nimum præclara videri
Optio, quin aliis ambitioſa fatiſ.
Aſt illâ verè digni ambitione videntur
Et Pater, & Sponſus, Sponſa decora ſimul.
Inprimis Pater iſ Sponſæ mihi dignus habetur
Multis de meritis, Carmine, voce, Chely.
Quod ſine ſubſidio poſſum præſtare poëta,
id mihi tum liceat Pſallere dulce melos.
Clare vir, ut recreat dulcis Te Muſica ſemper:
Sic ſemper recreet Te data Gnata viro!

Auß/ Hochgeehrter Herr/ vor etlich wenig Jahren
Wir beyde/ da/ wo Ihr noch ſend/ beyſammen waren/
Und machen wolten auß/ nach ſchwerer Unpts Arbeit/
Im Herren eine Luſt/ und klein' Ergetzigkeit/
Des Abends wenn die Sonnr' von auß begunt zu weichen/
Und alles ſtille war/ was ſonſt pflegt h'rumb zu ſtreichen/
Da nahmet ihr die Laut'/ ich ſtimbt ein Geiglein drein/
Und ſpilten Gott zu Ehren ein geiſtlich Liedelein/
Welchs Ihr ſelbſt auffgeſetzt/ durch Gottes Geiſt gelehret/
Das hat gefallen wohl/ dem/ der es angehöret.
Wie denn kein Seitenspiel ſo wohl zuſammen klingt/
Auß eine Laut' und Geig' und wenn ein Knab drein ſingt.
Wann dann im Eheſtandt auch die Harmoni beſtehet/
So eins dem andern fein in Lieb einſtimt/ und gehet
Chriſtlich und erbar zu/ wie es Gott haben wil/
Da klingets wohl/ da giebt der Höchſte Segens viel.
Weil Ihr/ geehrter Herr/ dann auch aniko eben
Durch Gottes providenz mi ſolltet von Euch geben
Das was Euch herzlich lieb/ in heiligen Eheſtandt hin/
Einem gelährten Mann/ der iſt/ und heiſt W.B.M.
So wüntſch ich/ daß ſolch Werck gereich zu Gottes Ehren/
Dann Euch auch ſondern Troſt und Freude zu vermehren/
Nach

Nich gebe Gott / daß gleich wie unser Seitenspiel
Uns wohl ergetet hat / daß auch der Frewden viel
Der Bräutigam und die Braut durch ihr freundliches scherze
Erlangen / so wohl dis was Ihnen lieb von herzen /
Und euch zugleich erfrew / Ich mein' ein Sängerelein /
Das in ihr Instrument zur zeit mit stimme ein.

*Ita Domino Compatri plurimum honorando
pie Congratulari voluit*

Elias Heymannus Cantor
in illustri Olshä.

ALBINE, Christi Præco fidelior,
Idem Sophorum gloria, Virginem
Ardes tenellam, jamq; præfert
Castus Hymen faculas jugales.
Gaude, protervos in mare Creticum
Deferre ventos cordicremas jube
Curas, Jehova munus aurō
Nobilius capis atq; gemmis,
Gemmis, tumentis quas legit æquoris
Ad littus Indus decolor, aut Arabs;
Vite juvamen, gaudiorum
Et cumulum, decus atq; fulcrum
Domūs, futurae Gentis & hortulum
Satis feracem; si tamen excoles
Fundum decenter, nullus aß hæc
Carneades dubium movebit.
Grator, nec oris, plurimus ut solet,
Tantum susurrō, sed magè Pectoris

*Fibris, quibus ficti favoris
Est nihil, improbūq; facti,
Concors in ævum sit torus, & pari
Favisæ præsens cœlica lectulo;
Thasum nitescens plurimorum
Depluat aula Poli, honorum,
Quæ nunc virenti basiæ Nymphula
Figit Marito, sic etiam Seni
Infigat, & rugosa cano
Non videatur anus Marito.*

honoris & benevolentia ergo

scrib.

GEORGIUS KIRSTENIUS,
SS. Theol. Stud.

Bohemæ Fautor, non dubia tui
Flammæ Favoris, Carmina postulant,
quibus tuæ mox elocanda
Filiolæ memorem Decorem.
Scribamq; gratam, quam Pater optimus,
Et Rex supremus scribere non vetat;
Sed increatâ vi Caloris
vult recitare, Falasionem.
Obtemperarem: sed, quia me parem
non deprehendo, denego Sarcinam.
Videre fas est, quid recusent,
quidvè velint humeri subire,

Ignosce

*Ignosce Fautor, MARGARIDIS tua
non cantitabo Fulgura Corporis;
 majora sunt, quàm rusticante
 illa cani valeant Camenâ:*

*Nec Castitati dedita Pectora
Et plena grata Labra Modestia,
 puros ocellos, Et paratas
 Tecta paterna juvare Palmas.*

*Jam predicabo: nam sibi Munera
hec singularem singula vendicant
Ebuccinatorem, Cothurno*

*Cecropio repeti merentur:
Verùm vovebo. Sape fit, ut mala
qui Metra neclit, vota det optima:
 noster DEUS nec juncta pendit
 verba; sed ore pio profusa.*

*Fausô celebres fidere Nuptias,
Et quæ sequentur justa repotia
Nata, Torum feliciore
 poplite Nata terat Mariti.*

*Ut vitis ulmi frondibus addita,
Vineta mirè vestit, Et uvulis
 industriori Vinitori
 semina lætitiæ reportat:*

*Sic Nata Sponsi Tegmina purpuret,
Tibi Parenti, cum Genero tuo,
 pulchellulis, Et blandicellis
 Filiolis moveat cachinnos!*

Tunc Nuptiarum Filiole bonum

Fructum videbis, tunc tibi, plurimum

Reverende Fautor, doctiora

Carmina Castalides parabant.

Etsi volenti suscipias manu

haec Pauca: cum me Dia beaveris

Pronosa securâ quiete:

tunc tibi plura sacrabo Vota.

GEORG: GOWORRECK, SS. Theol.

Stud. Nobilium à Siegrode p. t. Episcopus.

Pauca precor, sed magna precor. Spes una salutis

Ad CHRISTUM firmâ fundere mente preces.

CHRISTE fave Sponso; Sponsam roge flamine sacro:

Mutua jungat pectora castus Amor.

Sumat Amor vires; nec vos contentio discors.

Parca sed extrema solvat acerbâ manu.

Gaudia mille domo sint; gaudia mille toroq;

Postq; dies Pylios Vita, Salus, Requies.

SAMUEL KORENIUS, illustr. Schol. Bernst. Collég.

Illa Dies felix, immo felicior Hora,

quâ jungis SPONSAM; Ksr Reverende, TIBI.

Huc agite, Aonides, gratantia Carmina ferte,

Et praeser SPONSIS, docta corona, Faces.

Gratulor ergo TIBI, votumq; è Pectore fundo:

Prosperet ut vestrum, summus JOVA, Torum.

Vivite felices, concordés vivite NUPTII.

Faxit cœlipotens, ut rata Vota fient!

* * *

Dasß doch mein Verstand / D daß doch meine Sinnen
Noch nicht erstarrtet sind! D daß ich nicht die Zinnen

Der

Des Hellicons erblickt! Ich hiele mich zu der Schaar
Die Reime schrieb/ und rufft: glück zu dem lieben Paar!
Doch/ liebstes paar/ ich weis/ Ihr nembe von mir den willen
In statt der that/ und das/ was mein Gott wird erfüllen.

Ich wünsche/ Jungfraw Braut/ daß ihr in steter Freud/
Auch Ihr Herr Bräutigam/ ohn alle Sorg und Leid
Zubringet ewre Zeit/ und friedlich Euch begehee/
Daß übers Jahr/ wils Gott/ Ihr solchen Segen seher/
Der Euch/ geehrtes paar/ erfreuet und ergeet.

Wenn fünffrig an Euch kompt das Alter hergesetzt.
So lebet lange zeit/ lebt so viel guter Jahre/
Als Ihr auff Euren Häupt könt zehlen schöner Haare.
Dis ist mein trewer Wunsch/ Ich wünsche was ich sol:
Wo Gott mein Wünschen gib/ so gebts Euch Ewig wol.

olophixus precabatur

MELCHIOR HEINZELMANNUS,

Bernstad. SS. Theol. Stud.

Nunc is in amplexus, lepidissima virgo, Magistri,
Margaris, Albini nec thalamum renuis.

Ut verò fauste sociare cubilia possis,
sincero multi pectore vota vovent.

Et qui Bernstadiæ coluerunt moenia tecum,
talìa vota vovent: Sponsa novella vale!

His ego jungo meum, devoto pectore, votum,
votum, quod jubeat maximus esse ratum.

Votum sic resonat: vivat feliciter annos
Margaris, & Sponsum pergat amare DEUS!

Sehr schmerzlich ist es gewiß geliebte Freunde meiden/
Noch schmerzlicher ist es/ von seinen Eltern scheiden/
Von Eltern/ die man hat von herzen lieb gehabt/
Und sich im gegentheil an ihrer gunst gelabt.

Ohn allen zweiffel wird auch dieses schmerzen bringen
Euch/ werthe Jungfraw Braut/ und durch das Herze dringen

Diereiß Ihr scheiden salt von Euren Eltern ab/
 Von Eltern / welche euch erzeygten manche Gab.
 Allein/ betrübt Euch nicht/ bedenckt zu wem Ihr fahret/
 Bedenckt/ mit wem Ihr Euch im Ehestande pähret/
 Ists nicht/ zu dem Ihr fahret/ ein fein gelehrter Man /
 Der sich in dieser Welt berühmet machen kan?
 Drum bringet Pferde her mit einem feinen Wagen/
 Braut/ steiget eilend auff/ und fanget an zu sagen:
 Herr Vater/ Mutter/ Freund/ gehabt Euch alle wol/
 Ich wil nu fahren hin/ dahin ich fahren sol.
 Drauff weñ der Kutsche fährt/ fährt/ wünsch ich/ mit fremde/
 Fahrt hin zu Ewrem Schas/ ohn alle Pein und Leiden:
 Fahrt hin mit herzens lust/ an den bestimmbten Ort/
 Fahrt eylend/ eylend hin/ fährt glücklich/ glücklich fort.

Sic Neonymphis gratulator.

GEORGIUS ROPILIUS, Bernstad. SS. Th. Stud.

Ad Conjuges novellos.

Tandem, docte Magister, UNIONEM,

Quem sollerte labore quaesisti,

DAVIDIS cape Etiam BOHEMI.

Hanc dos præ reliquis honestat unam.

Et tu Sponsa virens carum Magistrum,

Quem dat conjugii vrendus Autor,

ALBINUM excipe Filium Minervæ :

Hunc ars præ reliquis honestat unum.

O FACTUM BENE! jungitur pari par,

Aptam ducit hic, illa nubit apto.

Concordes animos torus minatur,

& nos omnia fausta comprecamur.

Rägel an die Hochzeit Gäste.

Weyß ich bin ich von Natur/ und werde doch zu sein/
 Ich wil dem Golde nach nicht im geringsten geben/
 Weil ieder mit mir brangt/ ja fristet Ihm das Leben.
 Drum auch der Bräutigam sich sehne bey mir zu sein.

Wer dieses Rägel nun den oben hin anschaw't/
Sich als ein Gast zu Tisch/ und weiß es nicht zu raten/
Sol trinken keinen Wein/ sol essen keinen Braten/
Bis Er durch gute Wort erfahren von der Braut.

*Hac in honorem, cum voto omnigenae prosperitatis
L. m. q. adposuit*

*CHRISTIANUS Newbold/ Bernstad. Phil.
& SS. Theol. Stud.*

Si mihi nunc Phrygiū contingeret optio Regis,
& facilem Votis se mihi Jhova daret,
Optarem, non Crasæa glomeramina Gazæ,
nec quicquid fulvi stagnat in amne Tagi:
Set, mihi mella favis ut svada offerret Hymetti,
& delensivum Trinacris Hybla thymum,
Qvo mea dulcisono Chelys increpuisse melodi.
Posset, condignos & resonare modos,
Nam tua tam strictè tibi me Benefacta jugarunt,
ut nec fando satis dinumerare queam,
Hinc, quos flagrantem cepit mea Musa precatus,
non referunt Meritum, Magne Patrone, Tuum.
Set, quod adhuc tacitis, imo sub corde, Mæandris
deliter, ardenti terminat astra prece.
Vivat Gnata diu tua! felix aura Favoni
spiret ei, & turbent Tædia nulla Torum.
Felix, qui dignis gnatae cloeat usq; Hymenais,
& videt optatâ Prosperitate frui.

An die Edle und Tugend schöne Jungfrau Braut.

So fern ein guter Wunsch mir heute sol begegnen/
Begehrt Ich/ Hermus nicht/ noch Tagus deinen Strand/
Noch was man schönes list aus des Pactolus Sand/
Vielmehr/ daß meinen Mund der Höchste wolle segnen/
Und hoher Sinnen Pracht in mein Gemüte gießen:
Daß meiner Wörter schein sich dem Gesirne gleiche
An reiner Zierligkeit: daß meine Rede reicht
Bis Himmel an: daß Sie muß Majestätisch fließen.

Danke ich Euer Fest nach würden zu erheben/
Geehrte Jungfrau Braut/ berebt genugsam sey:
Doch weil an Wissenschaft mir wenig föllet bey/
Müßte Ihr dem schlechten Wunsch geliebte Stelle geben.
Ich wünsche / daß von Euch muß alles Leiden steygen/
Entgegen Segen/ Glück/ und langes Leben hin
In Euer Hoff und Hauß mit vollem hauffen ziehel
Den besten Wunsch den trag' ich aber noch im Herzen.

L. M. Q. adponit Witzberge

GOTTERIDUS KIRSTENIUS Bernstadiensis.

Dum tua Gnata subit socialis fœdera lecti,
Magne Vir, altithroni Mystra verende DEI:
Multi multa vovent: & ego supcraddere vota
debeo: sic iustus proximitate satûs.

Atq; hoc Præsidium meruit, studiumq; iuvandi,
in me quod confers non sine Laude, tuum.
Ergo precor: toedas subeat tua Gnata secundas,
& vivat Pili tempora longa senis!

Götter in Wäldern / und Nymfen in Flüssen/
Gebt Zeichen auß der Fröligkeit/
Hirten in Feldern / helfft heute verflüssen/
Den schönen Tag die frohe Zeit.
Fobus bringt auß dem gold güldenem Wagen
Ist Margarethen Tag wieder getragen.
Billich sol Flora die Haare becränzen
Euch Edle Braut / und Eyre Hand
Gülden bewunden / wie Zynthius / glänzen/
Als solcher Frewden unterpfand.
Juno hat aber den Vorzug genommen/
Da denn die Frewde verdoppelt muß kommen.

Zwische

Zwische verhalten Apollo die Seiten /
 Und kom O Edler Cytharist /
 Eyle / nicht weile / befreue die Zeiten /
 In welchem die Fest unser ist
 Wie auch des Paars / das sich icht ergiebet
 Eines dem andern / und herzlich sich liebet
 Liebet Euch / labet Euch / freuet Euch / lebet
 Ihr neues Paar / ergetzt Euch sehr
 Beyde die Sorgen / Ihr Liebsten / gebet
 Zu tragen hin ins ferne Meer
 Nehret Euch! Nehret Euch! Himmlische Gaben
 Sollet vom Geber des Guten Ihr haben.

IED ehrs Congratulatur Wirtch.

JOHANNES STELLERUS Bernstadiensis.

Was sol Ich / schönstes Paar / Euch heuce wol fürtragen /
 Das Euch bey dieser Zeit nicht unglücklich befragen?
 Da Euer Hochzeit Fest nunmehr sich stellet ein /
 Deswegen billich ihr igt sollet frölich sein.
 Ich solte billich zwar die schwache Feder schärffen
 Umb euer köpfer Lob / als billich / zu entwerffen.
 Das wollen hert ich wol; das Ich fäle mir nicht bey /
 Darumb ein Wunsch allein mein Hochzeit gabe sey.
 Der Aufgang aus der Höh / der Höchst wolte legen
 Umb Euch und euer Haus / ein reiches Feld voll Segen.
 Darauf das Glück zugleich und der Gesund gepflanzet
 Das gegen mir mit gunst auch umb und umb verschanzet.
 O nehmt / geehrtes Paar / nehmt zu den Hochzeit Kerzen
 Den Wunsch / den ich allein Euch bringe / doch von Herzen.
 Nehmt an was icht füge mein annoch schwacher Geist /
 Als welchem erst die Kunst und Tugend wird gewest.
 Und lebet / lebet lang / erreicht die Nestor Jahre.
 Ich unter dessen igt mit siehen nur fortsahre /

Das

Daf Gott euch mehren woll/ und segnen allezeit/
Ja Erönen endlich auch mit seiner Herrlichkeit.

Matthæus Nicke.

<i>Salve Theologium Decor, BOHEME!</i>	<i>Celso equata polo: quos æther orbe</i>
<i>Salve Pieridum Lepor, BOHEME!</i>	<i>Cæli flammigeri micatq; stellis:</i>
<i>Spectamen pietatis, ac Honesti,</i>	<i>Quot sunt millia multa basiorum,</i>
<i>Exemplarq; viri modestioris,</i>	<i>Que figi sibi postulat Catullus:</i>
<i>Candoris quos, viva imago, Salve!</i>	<i>Et quot sunt atomi Lucretians.</i>
<i>Dum Natamq; locas DEI Ministro,</i>	<i>Tot sint millia multa faustitatum:</i>
<i>His paucis ego gratulor Phaleucis.</i>	<i>Tot sint millia multa dulcitatum:</i>
<i>Paucos consule Tu boni Phaleucos.</i>	<i>Tot sint millia multa gaudiorum</i>
<i>Quos bruma hispida procreat pruinas:</i>	<i>Tot sint millia multa jubitorum</i>
<i>Quot tellus Zephyro soluta flores:</i>	<i>His, quos nunc socias toro, BOHEME.</i>
<i>Quot spica Ceresis calent in agris:</i>	<i>Hinc, Candoris imago viva vive!</i>
<i>Quot vindemia porrigit necemos:</i>	<i>Exemplarq; viri modestioris,</i>
<i>Quot vastis mare fluctuat procellis,</i>	<i>Spectamen Pietatis, ac Honesti,</i>
<i>Cum nascens pluvias reducit hædus:</i>	<i>Gaude Pieridum lepor, BOHEME!</i>
<i>Quot Ceraunia frondibus teguntur</i>	<i>Gaude Theologium decor, BOHEME!</i>

ita

Venerabili Dn. suo è sacro Baptismatis fonte susceptori,
filiam natu grandiore[m] fau[st]iter elocanti
ὁλοφύχως gratulatur

Johannes-Fridericus Hubrigius,
Patris Scholæ Olfnitiane Alumnus.

F I N I S.

